

In ogro Lunensi rep., nunc Romae, tabula marmorea in qua duo tituli gemelli iuxta positi (XI 4351). — 1) Imperatoris vocabulum etiam a Nerone interdum loco praenominis, sed una cum proprio usurpatum, cf. Mommsen Staatsr. II p. 746 not. 4. — 2) 15 Oct. 66/67 (10 Dec. 65/66?). Cf. supra N. 229 not. 13. — 3) In titulo Casinate X 5171, coniungente cum tribunicia potestate decima tertia imperatoriam salutationem octavam alter uter numerus non recte descriptus sit necesse est. Postea, in tribunicia potestate decima quarta, Nero ad salutationem imperatoriam duodecimam, vel etiam ultra, pervenit (X 8041). — 4) Duovir quartum, patronus coloniae, scilicet Lunensis. — 5) Praefectus fabrum consularis. — 6) De his insularum praefectis cf. Mommsen ad C. X 6783. — 7) LLG lapis. — 8) Significatur annus p. Chr. 65; collega Licinii Nervae, M. Vestinus Atticus, ideo, ut videtur, non memoratur, quod in ipso consulatu iussu imperatoris occisus est cf. Tac. ann. 15, 68. 69, Sueton. Ner. 55 (Bormann). — 9) SAVFETO, 10) VBE lapis. — 11) De Poppaea post mortem a. 65 inter deos relata cf. Tac. ann. 16, 21. 22. — Viva memoratur Poppaea Augusta in actis Arvalium a. 65 et in titulis servorum vel libertorum VI 8946 X 1906. 6787. Henzen 5408. 5410; item in inscriptione quae sequitur.

234 iudicis Augusti p. p. et Poppaeae Aug. feliciter!

Pompeis, in fronte tabernae cuiusdam pictum (Notizie 1879 p. 22). Iudicia imperatoris, quibus Pompeiani acclamaverunt hic et in aliis similibus inscriptionibus parietariis, quomodo accipienda sint et ad quid pertinuerint, exposuit Henzenum et Mommsenum secutus Zangemeister ad C. IV 1074.

235 Marti Camulo¹ | sacrum pro ~~T~~ salute [Neronis]² | Claudi Caesaris | Aug. Germanici imp. | cives Remi qui | templum constituerunt. *In fronte arae, inter duas laurus; in eiusdem latere postico intra coronam quernam: o. c. s.³*

Rindern prope Cliviam, deinde Cliviae (Brambach 164 descripsit). — 1) Camulus vel Mars Camulus raro memoratus, ut in lapide et ipso posito a cive Remo VI 46. — 2) Male manus novicia pro Neronis nomine eraso Tiberii vocabulum in lapide reposuit. — 3) Ob cives servatos. Laurus et corona civica ex senatus consulto facto a. 727 (cf. Mommsen mon. Anc.² p. 149) ornamentum proprium fuerunt aedium Augusti, obque eam rem saepius repraesentantur in nummis Augusti (cf. Mo. l. c. p. 149—152), interdum etiam in aris Augusto dedicatis (cf. ib. p. 225). Hoc revocatum esse sub Nerone haec ara ostendit. Nummi quoque Neronis coronam quernam saepe exhibent (Eckhel 6, 262), sed sine inscriptione ob cives servatos.

236 Neroni Caesari Aug. | et sancto Silvan[o] | aediculam cum imagin. | Faustus Caesaris | d. s. p. [f.]

Prope Roman rep. (VI 927). — Imperatorem Silvano praepositum esse non mirum est in ara dedicata a servo illius.

237 Sergio | Sulpicio | Galbae | imp. Caesar.

Salonis (Spalati) rep. a. 1874 (Eph. ep. 2, 522). In altera parte lapidis superest ex alio titulo: . . . us. — Ipse imperator appellari voluit Ser. Galba imp. Caesar Augustus ut ostendunt diplomata ab eo data veteranis legionis primae Adiutricis (cf. infra inter titulos militares). — Omisi fragmentum male descriptum tituli Galbae dedicati in urbe Clunia (II 2779) in qua primum imperator consulatus est (Plut. Galb. 6. cf. Suet. Galb. 9).